

LIBER QUADRAGESIMUSQUARTUS.

TIT. I.

DE EXCEPTIONIBUS, PRÆSCRIPTIONIBUS, ET PRÆJUDICIIS.

1. ULPIANUS, lib. 4, ad Edictum.

Agere etiam is videtur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est.

2. Idem, lib. 74, ad Edictum.

Exceptio dicta est quasi quedam exclusio, quae [inter] opponi actioni cuiusque rei solet ad eludendum id, quod in intentionem condemnationis deductum est. — § 1. Replicationes nihil aliud sunt, quam exceptiones, et a parte actoris veniunt; quae quidem ideo necessariae sunt, ut exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco obicitur, ut exceptionem oppugnet. — § 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem, exclusivam esse: exceptio actorem excludit: replicatio reum. — § 3. Sed et contra replicationem solet dari triplicatio, et contra triplicationem rursus, et deinceps multiplicantur nomina: dum aut reus aut actor obicit. — § 4. Sane solemus dicere, quasdam exceptiones esse dilatorias, quasdam preceptorias: ut puta dilatoria est exceptio, quae differt actionem; veluti procuratoria exceptio dilatoria est: nam qui dicit, non licere procuratori nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personam evitat.

3. GAIUS, lib. 1, ad Edictum provinciale.

Exceptiones, aut perpetuae, et peremptoriae sunt, aut temporales, et dilatoriae. Perpetuae, atque peremptoriae sunt, quae semper locum habent, nec evitari possunt: qualis est doli mali, et rei iudicatae; et si quid contra leges senatusconsultum factum esse dicitur: item pacti conventi perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur. Temporales atque dilatoriae sunt, quae non semper locum habent, sed evitari possunt: qualis est pacti conventi temporalis, id est, ne forte intra quinquennium ageretur. Procuratoriae quoque exceptiones dilatoriae sunt, quae evitari possunt.

4. PAULUS, lib. 20, ad Edictum.

In pupillo, cui soluta est debita pecunia sine tutoris auctoritate, si quaeratur, an doli exceptione summoveri debeat: illud tempus inspicitur, an pecuniam, vel ex ea aliquid habeat, quo petat.

5. Idem, [lib. 48, ad Edictum].

Is, qui dicit se jurasse, potest et aliis exceptionibus uti cum exceptione iurjurandi, vel aliis solis: pluribus enim defensionibus uti permittitur.

6. Idem, [lib. 71, ad Edictum].

Si rem legatam petat legatarius, [ut] de dolo testatoris excipitur; nam sicut heres, qui in universum jus succedit, summoveretur exceptione: ita et legatarius debet summoveri, quasi unius rei successor.

7. Idem, [lib. 3, ad Plautium].

Exceptiones, quae personae cuiusque cohaerent, non transeunt ad alios; veluti [ea] quam socius habet exceptionem, quod facere possit, vel patris patronusve, non competit fidejussori: sic mariti fidejussor post solum matrimonium datus, in solidum dotis nomine condemnatur. — § 1. Rei autem cohaerentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt: ut rei iudicatae, doli mali, iurjurandi, quod metus causa factum est. Igitur et si reus pactus sit in rem, omnimodo competit exceptio fidejussori. Intercessionis quoque exceptio: item quod libertatis onerandae causa petitur.

Tit. I. — 1. Lib. 8, C. 36; Lib. 4, Inst. 13. — 2. L. 9, l. 19, in pr. sup. de probat. — 3. Vide tamen L. 8, in fin. inf. de verb. sign. — 4. Adde L. 23, in pr. inf. l. 10, C. h. t. — 5. d. L. 22, in fin.; d. L. 10, Inst. de replicatione, in pr. — 6. L. 3, inf.; § 8, 9 et 10, Inst. h. t. — 7. L. 2, § fin. sup. eod. — 8. L. 29, § 4, sup. mandati; L. 19, § 2, sup. de probat. — 9. L. 15, l. 47, sup. de super. novi nunciat; L. 39, § 3, sup. de damno infect.; § ult. Inst. h. t. — 10. L. 15, l. 47, inf. de solutio. — 11. L. 8, inf. h. t.; l. 43, in pr. inf. de reg. jur. — 12. L. 4, § 29, § 31, inf. de doli mali et met. except. — 13. L. 15, sup. soluto matr.; L. 196, inf. de reg. jur. — 14. L. 16, l. 17, l. 20, sup. de re judic. — 15. L. 24, l. 25, sup. d. t.; Inst. l. 19, inf. h. t.; l. 16, in pr. sup. de iurjur.

etiam fidejussori competit. Idem dicitur, et si pro filiofamilias contra senatusconsultum, quis fidejusserit, aut pro minore viginti quinque annis circumscripto. Quod si deceptus sit in re, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fidejussori danda est exceptio.

8. Idem, [lib. 14, ad Plautium].

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversae sunt.

9. MARCELLUS, [lib. 3 Digestorum].

Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius, quocum agitur, quia exceptione utitur.

10. MODESTINUS, [lib. 12 Responsorum].

Modestinus respondit: Res inter alios iudicata aliis non obest: nec si is, contra quem iudicatum est, heres extiterit ei, contra quem nihil pronunciatum est, hereditariam ei litem inferenti praescribi ex ea sententia posse, quam proprio nomine disceptans, antequam heres extiterit, excepit.

11. Idem, [lib. 13 Responsorum].

Qui adgnitis instrumentis, quasi vera essent, solvit post sententiam iudicis: quaero, si postea cognita rei veritate, et repertis falsis instrumentis accusare velit et probare falsa esse instrumenta, ex quibus conveniebatur, cum instrumentis subscripserat ex praepo, sive interlocutione iudicis, an praescriptio ei opponi possit? cum [et] principalibus constitutionibus manifeste cavetur, etsi rei iudicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inveniuntur, nec rei iudicatae praescriptionem opponi. Modestinus respondit: Ob hoc, quod per errorem solutio facta est, vel cautio de solvendo interposita proponitur ex his instrumentis, quae nunc falsa dicuntur, praescriptionis locum non esse.

12. ULPIANUS, [lib. 58, ad Edictum].

Generaliter in praedictis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit.

13. JULIANUS, [lib. 50 Digestorum].

Si post litem de hereditate contestatam res singulae petantur: placet non obstare exceptionem, Quod praedictum hereditati non fiat, futuri enim iudicii, non facti nomine huiusmodi exceptiones comparatae sunt.

14. ALEXANDER VARUS, [lib. 2 Digestorum].

Filiusfamilias peculiarem servum vendidit: pretium stipulatus est: is homo redhibitus [et] postea mortuus est, et pater ejus pecuniam ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat: placuit aequum esse, in factum exceptionem eum obicere, Quod pecunia ob hominem illum expressa est, qui redhibitus est.

15. JULIANUS, [lib. 4, ad Urseium Feroecum].

Adversus exceptionem iurjurandi replicatio doli mali non debet dari: cum praetor id agere debet, ne de iurejurando cujusquam quaeratur.

16. AFRICANUS, [lib. 9 Quaestionum].

Fundum Titianum possides, de cujus proprietate inter me et te controversia est; et dico praeterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat, deberi: si viam petam, exceptionem, Quod praedictum praedio non fiat, utilem tibi fore putavit: videlicet, quod non aliter viam mihi deberi probaturus sim, quam prius probaverim fundum Titianum meum esse.

17. PAULUS, [lib. 70, ad Edictum].

Sed si ante viam, deinde fundum Titianum petat: quia et diversa corpora sunt, et causae restitutionum dispares, non nocet exceptio.

18. AFRICANUS, [lib. 9 Quaestionum].

Fundi, quem tu proprium tuum esse dicis, partem a te peto: et volo simul iudicio quoque communi dividendo agere sub eodem iudice. Item si ejus fundi, quem tu possideas, et ego proprium meum esse dicam, fructus condicere tibi velim, quasitum est, an exceptio, Quod praedictum fundo partive ejus non fiat, obstet: an deneganda sit? et utrobique putat intervenire praetorem debere, nec permittere petitori, priusquam de proprietate constet, huiusmodi iudicis experiri.

— 16. L. 21, in fin. sup. de pact. — 17. L. 16, in fin. sup. ad SC. Vellei. — 18. L. 1, § 5, § 8, inf. quare. rer. actio. — 19. L. 9, § 3, sup. de SC. Macedon. — 20. Vide tamen L. ult. t. de fidejuss. minor. — 21. L. 8, sup. h. t. — 22. L. 9, C. eod. — 23. L. 65, sup. de re judic. — 24. L. 1, l. 2, C. si ex fals. instrum. — 25. L. ult. C. d. t. — 26. L. 16, inf. h. t. — 27. L. 59, in pr. sup. de adil. edict.; L. 5, § 4, inf. de doli mali et met. except. — 28. Excip. L. 9, § 5, sup. de iurjur. — 29. L. 7, l. 8, l. 9, sup. d. t. — 30. L. 18, l. 21, inf. h. t.; l. 24, sup. de iudic.; L. 5, C. de hered. act.; l. 1, C. qui accusare. — 31. L. 18, inf. h. t.; l. 32, § 20, sup. de recept. qui arbit. — L. 5, in fin. sup. de hered. petit.; l. 1, § 1, sup. famul. cretic. — 32. L. 16, sup. h. t. — 33. d. L. 16, — 34. L. 1, § 1, sup. famul. cretic.

19. MARCIANUS, lib. 45 Institutionum.

Omnes exceptiones, quae reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo competunt.

20. PAULUS, lib. singul. de conceptione Formularum.

Exceptiones opponuntur, aut quia factum sit, quod fieri oportet; aut quia factum sit, quod fieri non oportuit; aut quia factum non sit, quod fieri debuerat. Quia factum est, quod fieri oportuit, datur exceptio rei venditae et traditae, et rei iudicatae. Quia factum est, quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali. Quia non factum est, quod fieri debuit, ut bonorum possessionis non datae.

21. NERATIUS, lib. 4 Membranarum.

Rei majoris pecuniae praedictum fieri videtur, cum ea questio in iudicio deducitur, quae vel tota, vel ex aliqua parte communis est quaestioni de re majori.

22. PAULUS, lib. singul. de variis Lectionibus.

Exceptio est conditio, quae modo eximit reum damnatione, modo minuit damnationem. — § 1. Replicatio est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.

23. LABEO, lib. 6 Pithanon a Paulo epitomatorum.

Paulus: Si quis statum in municipio ea mente posuit, ut ea municipii esset, et eam petere vult: excludi eum oportet praescriptione in factum data.

24. HERMOGENIANUS, lib. 6 juris Epitomarum.

Filiusfamilias exceptionem iurjurandi patri quaerit, si eum dare non oportere iuraverit.

TIT. II.

DE EXCEPTIONE REI IUDICATAE.

1. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum.

Cum res inter alios iudicatae nullum aliis praedictum faciant, ex eo testamento, ubi libertas data est, vel legato agi potest: licet ruptum, vel irritum, aut non iustum dicatur testamentum; nec si superatus fuerit legatarius, praedictum libertati sit.

2. Idem, lib. 15, ad Edictum.

Qui cum herede ejus egit, qui filium praeterierat, et exceptione summoventis, ac si non in ea causa sint tabulae testamenti, ut contra eas bonorum possessio dari possit: omittente emancipato filio bonorum possessionem, non iniuste restituitur, ut agat cum herede: et ita Julianus lib. 4 Digestorum scripsit.

3. Idem, [lib. 15, ad Edictum].

Julianus lib. 3 Digestorum respondit, exceptionem rei iudicatae obstare, quotiens eadem questio inter easdem personas revocatur. Et ideo et si singulis rebus petitus hereditatem petat, vel contra, exceptione summoventis.

4. Idem, [lib. 72, ad Edictum].

Rei iudicatae exceptio tacite continere videtur omnes personas, quae rem in iudicium deducere solent.

5. Idem, [lib. 74, ad Edictum].

De eadem re agere videtur, et qui non eadem actione agat, quae ab initio agebat: sed etiam si alia experiat, de eadem tamen re. Ut puta si quis mandati acturus, cum ei adversarius iudicio sistendi causa promississet, propter eandem rem agat negotiorum gestorum, vel condicite: de eadem re agit. Recteque ita definitur, eum demum de re non agere, qui prorsus rem ipsam non persequatur; ceterum cum quis actionem mutat [et] experitur, dummodo de eadem re experiat, etsi diverso genere actionis, quam instituit, videtur de ea re agere.

6. PAULUS, [lib. 70, ad Edictum].

Singulis controversiis singulas actiones, unumque iudicium finem suf-

35. Immo vide L. 7, sup. h. t. — 36. L. ult. sup. de pact. — 37. L. 11, C. h. t.; l. 49, in pr. inf. de fidejuss.; l. 9, § 3, sup. de SC. Maced. — 38. L. 1, l. 2, sup. de except. rei iudic. — 39. Inf. de except. rei iudic. — 40. L. 16, sup. h. t.; l. 4, sup. de in integr. restitut. — 41. L. 2, sup. h. t. — 42. d. L. 2, § 1. — 43. L. 29, sup. de reb. auctor. iudic. — 44. L. 24, sup. de iurjur.; l. ult. in pr. inf. quare. rer. actio. — 45. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 46. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 47. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 48. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 49. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 50. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 51. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 52. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 53. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 54. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 55. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 56. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 57. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 58. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 59. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 60. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 61. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 62. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 63. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 64. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 65. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 66. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 67. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 68. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 69. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 70. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 71. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 72. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 73. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 74. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 75. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 76. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 77. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 78. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 79. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 80. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 81. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 82. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 83. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 84. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 85. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 86. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 87. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 88. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 89. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 90. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 91. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 92. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 93. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 94. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 95. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 96. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 97. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 98. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 99. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur. — 100. L. 1, § 1, l. 2, C. de iur. iur.

ficere, probabili ratione placuit; ne aliter modus litum multiplicatus summam atque inexplicabilem faciat difficultatem: maxime si diversa pronunciarentur: parere ergo exceptionem rei iudicatae, frequens est.

7. ULPIANUS, [lib. 75, ad Edictum].

Si quis, cum totum petisset, partem petat: exceptio rei iudicatae nocet; nam pars in toto est: eadem enim res accipitur, et si pars petatur ejus, quod totum petatum est. Nec interest, utrum in corpore hoc quaeratur, an in quantitate, vel in iure. Proinde si quis fundum petierit, deinde partem petat vel pro diviso, vel pro indiviso: dicendum erit exceptionem obstare. Proinde et si proponas mihi certum locum me petere ex eo fundo, quem peti, obstabit exceptio. Idem erit probandum, et si duo corpora fuerint petita, mox alterutrum corpus petatur: nam nocet exceptio. Item si quis fundum petierit, mox arbores excisas ex eo fundo petat; aut insulam petierit, deinde aream vel tigna, vel lapides petat. Item si navem petierit, postea singulas tabulas vindicem. — § 1. Si ancillam praegnantem petierit, et post litem contestatam conceperit et pepererit, mox partum ejus petam: utrum idem petere videor, an aliud. magnae questionis est? Et quidem ita definitur potest, totiens eandem rem agi, quotiens apud iudicem posteriorem id quaeritur, quod apud priorem quaesitum est. In his igitur fere omnibus exceptio nocet. — § 2. Sed in camentis et tignis diversum est; nam is, qui insulam petiit, si camenta, vel tigna, vel quid aliud suum petat, in ea conditione est, ut videatur aliud petere: etenim cujus insula est, non utique et camenta sunt; denique ea, quae juncta sunt adibus alienis, separata dominus vindicare potest. — § 3. De fructibus eadem questio est, et de partu: haec enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt, quae petita est: magisque est, ut ista exceptio non noceat. Plane si in restitutionem vel fructus, vel etiam partus venerunt, aestimantur sunt: consequens erit dicere exceptionem obiciendam. — § 4. Et generaliter (ut Julianus definit) exceptio rei iudicatae obstat, quotiens inter easdem personas eadem questio revocatur, vel alio genere iudicii. Et ideo si hereditate petita singulas res petat, vel singulis rebus petitis hereditatem petat: exceptione summoventis. — § 5. Idem erit probandum, et si quis debitum petierit a debitore hereditario, deinde hereditatem petat: vel contra, si ante hereditatem petierit, et postea debitum petat; nam et hic obstabit exceptio: nam cum hereditatem peto, et corpora, et actiones omnes, quae in hereditate sunt, videntur in petitionem deduci.

8. JULIANUS, lib. 51 Digestorum.

Item parte fundi petita, familiae circueundae, vel communi dividendo agit: aequae exceptione summoventis.

9. ULPIANUS, lib. 75, ad Edictum.

Si a te hereditatem petam, cum nihil possideres, deinde, ubi coeperis aliquid possidere, hereditatem petam: an noceat exceptio ista? Et putem, si fuit iudicatum, hereditatem meam esse, sive adversarius, quia nihil possidebat, absolutus est, non nocere exceptionem. — § 1. Si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit, mox emerit: re secundum petitorum iudicata, an restituere cogatur? Et ait Neratius, si actori iterum petenti, obiciatur exceptio rei iudicatae: replicare eum oportere de re secundum se iudicata. — § 2. Julianus scribit exceptionem rei iudicatae a persona auctoris ad emptorem transire solere: retro autem ab emptore ad auctorem reverti non debere. Quare si hereditariam rem venderis, ego eandem ab emptore petiero, et vicero: petenti tibi non opponam exceptionem, At si ea res iudicata non sit inter me et eum, cui vendidisti.

10. JULIANUS, lib. 81 Digestorum.

Item si victus fuero, tu adversus me exceptionem non habebis.

11. ULPIANUS, [lib. 75, ad Edictum].

Si mater filii impuberis defuncti ex senatusconsulto bona vindicaverit idcirco, quia putabat rupto patris ejus testamento neminem esse substitutum, victaque fuerit, quia testamentum patris ruptum non erat, postea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non esse ei substitutum: si peteret rursus hereditatem, obstaturum exceptionem rei iudicatae Neratius ait. Ego exceptionem obesse ei rei iudicatae non dubito: sed ex causa succurrendum erit ei, quae unam [tantum] causam egit rupti testamenti.

oblig. et act.; l. 45, § 1, inf. de reg. jur.; l. 4, § 2, sup. de noxal. action.; l. 9, § 1, sup. de tribut. act.; l. ult. § 1, C. de furt.; § 16, vers. sed nostra, Inst. de oblig. quae ex delict. — 10. Excip. l. 4, in fin. sup. quod cum eo qui in alien. potest. — 11. L. 1, § 2, in fin. inf. de verb. oblig.; l. 113, inf. de reg. jur. — 12. L. 21, § 2, inf. h. t. — 13. Immo vide § 3, inf. h. t. — 14. L. 27, § 8, sup. de pact. immo vide L. 18, § 3, sup. de pigorat. — 15. Immo vide pr. in fin. sup. h. t. — 16. L. 7, § 19, in fin. sup. de acquir. res. domin. — 17. L. 4, in fin. sup. de excep. — 18. L. 3, sup.; l. 22, inf. h. t. — 19. L. 5, sup. eod. — 20. L. 18, sup. de excep. — 21. L. 17, l. 18, l. 25, in pr. inf. h. t. — 22. L. 16, inf. eod. — 23. L. 11, § 9; l. 25, inf. eod.

— § 1. Denique et Celsus scribit, si hominem petiero, quem ob eam rem meum esse existimavi, quod<sup>24</sup> mihi traditus ab alio est; cum is ex hereditaria causa meus esset, rursus petenti mihi obstaturam exceptionem.

— § 2. Si quis autem petat fundum suum esse, eo quod Titius cum sibi tradiderit: si postea alia ex causa petat, causa adjuncta<sup>25</sup>, non debet summoveri exceptione. — § 3. Item Julianus scribit: Cum ego et tu heredes Titio existissemus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, a Sempronio petieris, et victus fueris, mox eandem partem a Sempronio emero: agenti tibi mecum familiae eriscunde, exceptio obstabit: quia res iudicata sit inter te et venditorem meum; nam et si ante eandem partem petissem, et agerem familiae heriscunde: obstaret exceptio, *Quod res iudicata sit inter me et te.* — § 4. Eandem causam facit etiam origo petitionis. Ceterum si forte petiero fundum vel hominem, mox<sup>26</sup> alia causa nova post petitionem mihi accesserit, quae mihi dominium tribuat, non me repellit ista exceptio: nisi forte intermissum dominium [in] medio tempore rediit quodam postliminio. Quid enim, si homo, quem petieram, ab hostibus fuerit captus, mox postliminio receptus? hic exceptio summovebor: quia eadem res esse intelligitur. At si ex alia causa dominium fuerim nactus, non nocebit exceptio. Et ideo si forte sub conditione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore adquisito dominio petam, mox existente conditione legati rursus petam: putem exceptionem non obstare; alia enim causa fuit prioris dominii: haec nova nunc accessit. — § 5. Itaque adquisitum quidem postea dominium aliam causam facit, mutata autem opinio petitoris non facit. Utpote opinabatur ex causa hereditaria, se dominium habere; mutavit opinionem, et cepit putare ex causa donationis: haec<sup>27</sup> res non parit petitionem novam; nam quaecumque et undecumque dominium adquisitum habuit, vindicatione prima in iudicium deduxit. — § 6. Si quis iter petierit, deinde actum petat: puto fortius defendendum, aliud videri tunc petitum; aliud nunc: atque ideo exceptionem rei iudicatae cessare. — § 7. Hoc iure utimur, ut ex parte actoris in exceptione rei iudicatae haec personae<sup>28</sup> continentur, quae rem in iudicium deducunt; inter hos erant procurator, cui mandatum est, tutor<sup>29</sup>, curator furiosus, vel pupilli, actor municipum: ex persona autem rei, etiam defensor numerabitur; qui adversus defensorem, qui agit, litem in iudicium deducit. — § 8. Si quis hominem a filiofamilias petierit, deinde eundem a patre petat: locum habet haec exceptio. — § 9. Si egero cum vicino aquae pluviae arcendae, deinde alteruter nostrum praedium vendiderit, et emptor<sup>30</sup> agat, vel cum eo agatur, haec exceptio nocet: sed de eo opere, quod iam erat factum, cum<sup>31</sup> iudicium acciperetur. — § 10. Item si rem, quam a te petierat, Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pignoratitia adversus te utatur: distinguendum erit, quando pignori dedit Titius; et si quidem antequam peteret, non oportet ei nocere exceptionem: nam et ille petere debuit, et ego salvam habere debeo pignoratitiam actionem; sed si posteaquam petat, pignori dedit, magis est, ut noceat<sup>32</sup> exceptio rei iudicatae.

## 12. PAULUS, lib. 70, ad Edictum.

Cum queritur, haec exceptio noceat, necne? inspiciendum est, an idem<sup>33</sup> corpus sit;

## 13. ULPIANUS, lib. 75, ad Edictum.

Quantitas eadem, idem jus;

## 14. PAULUS, lib. 70, ad Edictum.

Et an eadem causa petendi, et eadem<sup>34</sup> conditio personarum: quae nisi omnia concurrunt, alia res est. Idem corpus in hac exceptione, non utique omni pristina qualitate vel quantitate servata, nulla adiectione diminutione facta, sed pinguis pro communi utilitate accipitur. — § 1. Qui, cum partem usufructus haberet, totum petit, si postea partem ad crescentem<sup>35</sup> petat, non summovetur exceptione: quia usufructus non portioni, sed homini<sup>36</sup> ad crescit. — § 2. Actiones in personam ab actionibus in rem hoc differunt: quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulae causae sequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitatur; at cum in rem ago non expressa causa, ex qua rem meam esse dico, omnes causae una petitione adprehenduntur<sup>37</sup>: neque enim amplius, quam<sup>38</sup> semel res mea esse potest; sapienter autem deberi potest. — § 3. Si quis interdicto egerit de possessione: postea in rem agens non repellitur per exceptionem; quoniam in interdicto possessio, in actione proprietatis vertitur.

24. § 3, infr. h. t. L. 14, § 1, L. 27, infr. eod. — 25. d. § 2. — 26. L. 25, supr. de iudic. L. 25, § 1; L. 4, supr. de liberali caus. — 27. § 4, supr. h. t. — 28. L. 4, supr. h. t. — 29. L. 24, § 3, supr. de admin. et peric. tut. — 30. L. 9, § 2, fin. supr. h. t. — 31. L. 14, in fin. supr. de equis et aquae pluv. — 32. L. 5, in fin. supr. de pignorib.; L. 63, supr. de re iudic. — 33. L. 15, L. 14, in pr.: L. 21, § 3, vers. sed si usufructum, infr. h. t.; L. 10, supr. de except.; L. 153, infr. de verb. oblig. — 34. L. 22, infr. h. t. — 35. L. 33, § 1, supr. de usufr. — 36. d.

## 15. GAIVS, lib. 50, ad Edictum provinciale.

Si inter me et te controversia de hereditate sit; et quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego: nihil velat, et me a te, et invicem<sup>39</sup> te a me hereditatem petere; quod si post rem iudicatum a me petere ceperis, interest, utrum meam esse hereditatem pronunciatum sit, an contra: si meam esse, nocebit tibi rei iudicatae exceptio; quia eo ipso<sup>40</sup>, quo meam esse pronunciatum est, ex diverso pronunciatum videtur tuam non esse: si vero meam non esse, nihil de tuo iure iudicatum intelligitur; quia potest nec mea hereditas esse, nec tua.

## 16. JULIANUS, lib. 51 Digestorum.

Evidenter enim iniquissimum est, proficere rei iudicatae exceptionem ei<sup>41</sup>, contra quem iudicatum est.

## 17. GAIVS, lib. 50, ad Edictum provinciale.

Si rem meam a te petiero, tu autem ideo fueris absolutus, quod probaveris sine dolo malo te desisse possidere; deinde postea ceperis<sup>42</sup> possidere, et ego a te petam: non nocebit mihi exceptio rei iudicatae.

## 18. ULPIANUS, lib. 80, ad Edictum.

Si quis ad exhibendum egerit, deinde absolutus fuerit adversarius, quia non possidebat, et dominus iterum agat, nactus eo possessionem, rei iudicatae exceptio locum non habebit: quia<sup>43</sup> alia res est.

## 19. MARCELLUS, lib. 49 Digestorum.

Duobus diversis temporibus eandem rem pignori dedit: egit posterior cum priore pignoratitia, et obtinuit: mox ille agere simili actione instituit. Quaesitum est: an exceptio rei iudicatae obstaret? Si opposuerat exceptionem rei sibi ante pignoratitiam, et nihil aliud novum et validum adiecerit, sine dubio obstabit: eandem enim questionem revocat in iudicium.

## 20. POMONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Si ex testamento actum sit cum herede ab eo, qui, cum totum argentum ei legatum erat, mens duntaxat sibi legatas putaret, earumque duntaxat aestimationem in iudicio fecisset: postea eundem petiturum de argento quoque legato Trebatius ait: nec obstaturam et exceptionem, quod non sit petitum, quod nec actor petere putasset, nec iudex in iudicio sensisset.

## 21. Idem, lib. 51, ad Sabinum.

Si cum argentum mihi testamento legatum esset, egerim cum herede, et postea codicillis prolatis vestem quoque mihi legatum esse appareat, non est deducta in superius iudicium vestis causa: quia neque litigatoris, neque iudex de alio, quam de argento actum intelligant. — § 1. Si petiero gregem, et vel aucto, vel minuto numero gregis, iterum eundem gregem petam, obstabit mihi exceptio. Sed et si speciale corpus ex grege petam, si adfuit in eo grege, puto obstaturam exceptionem. — § 2. Si Stichum et Pamphilum tuos esse petieris, et absoluto adversario Stichum tuum esse petas ab eodem, exceptionem obstare tibi constat. — § 3. Si fundum meum esse petiero, deinde postea usufructum ejusdem fundi petam, qui ex illa causa, ex qua fundus meus erat, meus sit: exceptio mihi obstabit; quia, qui fundum habet, usufructum suum vindicare non<sup>44</sup> potest. Sed si usufructum, cum meus esset, vindicavi, deinde proprietatem nactus, iterum de usufructu experiar, potest dici alia<sup>45</sup> res esse: quoniam, postquam nactus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior usufructus, et iure proprietatis, quasi ex nova causa rursus meus esse cepit. — § 4. Si pro servo meo fideiusseris, et mecum de peculio actum sit: si postea tecum eo nomine agatur, excipiendum est de re iudicata.

## 22. PAULUS, lib. 50[1], ad Edictum.

Si cum uno herede depositum actum sit, tamen et cum ceteris heredibus recte agatur, nec exceptio rei iudicatae eis proderit: nam et si eadem questio in omnibus iudiciis vertitur, tamen personarum<sup>46</sup> mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. Et si actum sit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo heredis ageretur, exceptio rei iudicatae non nocebit: quia de alia re agitur.

## 23. ULPIANUS, lib. 5 Disputationum.

Si in iudicio actum sit, usuraeque solae petitae sint, non est verendum, ne noceat rei iudicatae exceptio circa sortis petitionem: quia enim non competit, nec opposita nocet. Eadem erunt, et si quis ex bona fidei ju-

L. 55, in fin. — 37. L. 11, § 5, supr. h. t. — 38. L. 3, § 2, supr. de acquir. vel amit. poss. — 39. L. 159, infr. de reg. jur.; § 6, Inst. de legat. — 39. L. 1, § 2, in fin. supr. si pars hered. pet. — 40. L. 56, § 1, vers. respondi infr. h. t. — 41. L. 9, § 1, in fin.; L. 11, § 2, in fin. supr. eod.; L. 35, § 1, supr. de rei vind.; L. 16, § 5, in fin. supr. de pignorib. — 42. L. 9, in pr. supr. h. t. — 43. Adde L. 12, L. 13, supr. eod. — 44. L. 78, in pr. supr. de iure dot. — 45. L. 12, supr. h. t. — 46. L. 7, § 4, L. 14, in pr. supr.; L. 27, infr. eod.; L. 2, C. quib. res iudic.

dicio velit usuras tantum persequi: nam nihilominus futuri temporis cedunt usurae; quamdiu enim manet contractus bonae<sup>47</sup> fidei, current usurae.

## 24. JULIANUS, lib. 9 Digestorum.

Si quis rem a non domino emerit, mox petente domino absolutus sit, deinde possessionem amiserit, et a domino petierit: adversus exceptionem<sup>48</sup>, si non ejus sit res, replicatione hac adjuvabitur, *at si res iudicata non sit.*

## 25. Idem, lib. 31 Digestorum.

Si is, qui heres non erat, hereditatem petierit, et postea<sup>49</sup> heres factus eandem hereditatem petet, exceptione rei iudicatae non summovetur. — § 1. Est in potestate emptoris, intra sex menses redhibitoria agere mallet, an ea, quae datur, *Quantis minoris homo, cum veniret, fuerit.* Nam posterior actio etiam redhibitionem<sup>50</sup> continet, si tale vitium in homine est, ut eum ob id actor empturus non fuerit: quare vere dicitur eum, qui alterutra earum egerit, si altera postea agat, rei iudicatae exceptionem summoveri. — § 2. Si te negotiis meis obtuleris, et fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandavero tibi, ut ex petitione eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatae non obstabit: alia enim res facta est, interveniente mandato. Idem est, si non in rem<sup>51</sup>, sed in personam actum fuerit.

## 26. AFRICANUS, lib. 9 Questionum.

Egi tecum, *jus mihi esse aedes meas usque ad decem pedes altius tollere*; post ego, *jus mihi esse usque ad viginti pedes altius tollere*; exceptio rei iudicatae proculdubio obstabit. Sed et si rursus ita agam, *jus mihi esse altius ad alios decem pedes tollere*, obstabit exceptio: cum aliter superior pars iure haberi non possit, quam si inferior quoque iure habeatur. — § 1. Item si fundo petito, postea insula, quae e regione ejus in flumine nata erit, petatur, exceptio obstatura est.

## 27. NERATIUS, lib. 7 Membranarum.

Cum de hoc, an eadem<sup>52</sup> res est, queritur, haec spectanda sunt; personae<sup>53</sup>: id ipsum de quo agitur; causa proxima actionis; nec jam interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset<sup>54</sup>; perinde, ac si quis, posteaquam contra eum iudicatum esset, nova instrumenta<sup>55</sup> causae suae repperisset.

## 28. PAPIANUS, lib. 27 Questionum.

Exceptio rei iudicatae nocebit ei, qui in dominium successit<sup>57</sup> ejus<sup>56</sup>, qui iudicio expertus est.

## 29. Idem, lib. 41 Responsorum.

Iudicatae quidem rei praescriptio coheredi, qui non litigavit, obstare non potest: nec in servitutum videtur peti post rem pro libertate iudicatam, nondum [ex] causa fideicommissi manumissus; sed praetoris oportet in ea re sententiam servari, quam pro<sup>59</sup> parte victi prestare non potest. Nam et cum alterum ex coheredibus infiduciosi questio tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus, alter obtinuit, libertates competere placuit. Ita tamen, ut officio iudicis indemnitas victoris, futurique manumissoris consulatur. — § 1. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonto<sup>60</sup> creditore causam egerit, et contrariam sententiam acceperit, creditor in<sup>61</sup> locum victi successisse non videbitur: cum pignoris conventio sententiam praecesserit.

## 30. PAULUS, lib. 14 Questionum.

Ex sextante heres institutus, qui intestato legitimus heres esse potest, cum de iure testamenti faceret questionem, ab uno ex institutis dimidiam partem hereditatis petiit, nec obtinuit. Videtur in illa petitione etiam partem sextantis vindicasse: et ideo si ceperit ab eodem ex testamento eandem portionem petere, obstabit ei exceptio rei iudicatae. — § 1. Latinus Largus: Cum de hereditate inter Maevium, ad quem pertinebat, et Titium, qui controversiam moverat, transigeretur, traditio rerum hereditarium Maevio heredi a Titio facta est; in qua traditione etiam fundum ei suum proprium, quem ante multos annos avo ejusdem Maevii heredis obligaverat, quemque alii postea in obligationem deduxerat, ex causa pacti tradidit; his gestis posterior Titii creditor jus suum persecutus est, et obtinuit; post hoc iudicium Maevius heres reperit in rebus avitis chirographum ejusdem Titii ante multos annos conscriptum, per quod apparuit, eum fundum, qui in causam transactionis venerat, etiam avo suo ab eodem Titio fuisse obligatum: cum ergo constet, prius avo

47. L. 2, C. depositi. — 48. L. ult. supr. de Publiciana. — 49. L. 9, in pr. supr. h. t. — 50. L. 18, in pr. supr. de edilib. edict. — 51. L. 45, § 6, supr. d. t. — 52. L. ult. infr. h. t. — 53. L. 12, L. 13, supr. h. t. — 54. L. 22, supr. eod. — 55. L. 11, § 1, supr. eod. — 56. L. 4, C. de re iudic. — 57. L. 9, § 2, fin. supr. h. t. — 58. Adde L. 3, in fin. supr. de pignorib. — 59. L. 9, in fin. supr. de liberali caus. — 60. L. 68, vers. scientibus supr. de re iudic. — 61. L. 3, supr. de pignorib. — 62. L. 15, supr. h. t.; L. 40, § 2, in fin. supr. de procurat. — 63. L. 29,

Maevii heredis in obligationem eundem fundum datum, de quo Maevius superatus est, quaro, an jus avi sui, quod tunc, cum de eodem fundo ageretur, ignorabat, nulla exceptione opposita exequi possit? Respondi, si de proprietate fundi litigatur, et secundum actorem pronunciatum fuisset, diceremus, petenti ei, qui in priore iudicio victus est, obstaturam rei iudicatae exceptionem: quoniam de ejus quoque iure quaesitum videtur, cum actorem implet; quod si possessor absolutus, amissa possessione eundem ab eodem, qui prius non obtinuit, peteret, non obesset ei exceptio: nihil enim in suo iudicio de iure ejus statutum videretur. Cum autem pignoratitia actum est adversus priorem creditorem, potest fieri, ut de iure possessoris non sit quaesitum: quia non, ut in proprietatis questione, quod meum est, alterius non<sup>62</sup> est, ita in obligatione utique consequens est, ut non sit alii obligatum, quod hic probabit [sibi] teneri; et probabilius dicitur, non obstare exceptionem: quoniam de iure possessoris quaesitum non est, sed de sola obligatione. In proposita autem questione magis me illud movet, numquid pignoris jus extinctum sit dominio adquisito; neque enim potest pignus perseverare domino<sup>63</sup> constituto creditore: actio tamen pignoratitia competit; verum est enim, et pignori datum, et satisfactum non esse: quare puto non obstare rei iudicatae exceptionem.

## 31. Idem, lib. 3 Responsorum.

Paulus respondit, ei, qui in rem egisset, nec tenuisset, postea condicenti<sup>64</sup> non obstare exceptionem rei iudicatae.

## TIT. III.

## DE DIVERSIS TEMPORALIBUS PRAESCRIPTIONIBUS, ET [DE] ACCESSIONIBUS POSSESSIONUM.

## 1. ULPIANUS, lib. 74, ad Edictum.

Quia tractatus de utilibus diebus frequens est, videamus, quid sit, *experiendi potestatem habere*. Et quidem in primis exigendum est, ut sit facultas agendi<sup>65</sup>: neque sufficit reo experiendi secum facere potestatem, vel habere eum, qui se idonee defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiri. Proinde sive apud hostes sit, sive reipublice causa absit, sive in vinculis sit, aut [si] tempestate in loco aliquo, vel [in] regione detineatur, ut neque experiri, neque mandare possit, experiendi potestatem non habet. Plane is, qui valetudine impeditur, ut mandare possit, in ea causa est, ut experiendi habeat potestatem. Illud utique neminem fugit, *experiendi potestatem non habere eum*, qui praetoris copiam non habuit, proinde hi dies cedant, quibus jus praetor reddit.

## 2. MARCELLUS, lib. 6 Digestorum.

In tempore constituto<sup>66</sup> iudicatis an intercalaris dies proficere iudicatio, necne, debeat, queritur: item de tempore, quo lis perit? Sic sine dubio existimandum est, ut auctum litis tempus intercalari die existimetur: veluti si de usucapione sit questio, quae tempore constituto expleri solet; aut de actionibus, quae certo tempore finiuntur, ut aedilitiae pleraque actiones; et si quis fundum ea lege<sup>67</sup> vendiderit, *ut nisi in diebus triginta pretium esset solutum, inemptus esset fundus*, dies intercalaris proficiet tempori; mihi contra videtur.

## 3. MODESTINUS, lib. 6 Differentiarum.

Longae possessionis praescriptionem tam in praediis, quam in mancipiis locum habere manifestum est.

## 4. JAVOLENUS, lib. 7 Epistolarum.

Si servus hereditarius, aut ejus, qui in hostium potestate sit, satis acceperit, continuo dies satisfactionis cadere incipit<sup>68</sup>: intueri enim debemus, an experiendi potestas fuerit adversus eum, qui obligatus est, non? an is agere poterit, qui rem in obligationem deduxerit: alioquin erit iniquissimum, ex conditione actorem obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit, quominus cum his agi possit.

## 5. ULPIANUS, lib. 3 Disputationum.

An vitium auctoris, vel donatoris, ejusve, qui mihi rem legavit, mihi noceat, si forte auctor meus justum initium possidendi non habuit, videndum est? Et puto neque nocere<sup>69</sup>, neque prodesse: nam denique et

supr. de pignorat. act.; L. 45, infr. de reg. jur. — 64. L. 25, in fin. supr. h. t. — Tit. III. — 1. Lib. 7, C. 35 et seqq. — 2. Lib. 7, C. 40. — 3. L. 25, in fin. infr. de stipul. servor. — 4. L. 2, L. 3, C. de usur. rei iudic. — 5. L. 2, supr. de lege commiss. — 6. Immo vide L. 9, in pr. supr. si quis cautionib. — 7. Immo vide L. 1, in pr. supr. h. t.; L. 25, infr. de stipul. servor. — 8. L. 7, § 6, supr. pro emptore; L. 5, C. de peric. et commodo rei vind.

